



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Anolino [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. xxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētib. Fo. cxxiij.

Quidam quedam famosa nomine fulgentia filium habens grauer febricitate veniens ad sanctum iuuenem pro salute filij supplicabat. Qui domum eius ingressus oratione premissa egrotantis manum tenuit: moxque ipsum liberatum a febre de lecto produxit: et una cum matre ad baptismi gratiam perduxit. Quidam domum construens ex alto ceciderat: qui semisuius facebat. Quis in lectulo leuatum seruulo obtulerunt: qui pro eo ad christum orauit: et apprehensa eius dextra ipsum illico incolumen eleuauit. Sed quacumque detentum valitudine ad eum concurrentes sanitatem consequerentur: multique gentiliū conuerterentur. Denique tentus a iunilio preside ut idolis immolarer: cum sacrificare contempserit: primo neruis ceditur: dehinc in equuleo suspenditur et torquetur: eiusque latera unguibus laniantur. Et post hec depositus oleo feruenti perfunditur: sed in his omnibus constanti reddidit. Et cum preses putaret quod magicis artibus supplicia superaret: lotio ferenti ipsum lauare iussit: ut sic more gentiliū maleficia expellerent. Sed virtus diuina ferocem in balsami fragrantiam in naribus omnium commutauit. Et cum populus ipsum innocentem clamaret: preses timore multitudinis ipsum extra urbem educit gladio iugulari fecit. Rufus corpus mater cum omnibus per eum conuersis in eadem ciuitate omni leticia sepeliunt. ix. kalendas iunij.

De sanctis Donatiano et Rogatiano martyribus. Cap. xxxv.

Donatiano et Rogatiano fratres in galliis ciuitate nāmetis temporibus diocletiani et maximiani passi sunt. Qui cum in dicta ciuitate residerent: et precepta imperatoris christianos ad immolandum compellentia audiuissent. Donatianus iam senex germanum corde fidelem baptizari cupiebat: antequam persecutor de quo intellexerant: ad urbem attingeret: sed tamen cum propter sacerdotis absentiam baptismum habere non posset: ambo fratres ad dominum orauerunt: ut martyrium rogatiano pro baptizato succederet: quod et factus est. Nam ambo comprehensi in catasta exrensi ac laniati: deinde lancea militari perfossi: nouissime capite celi sunt nono kalen. iunij.

De sanctis Anolino et socijs martyribus. Cap. xxxviij.

Anolino custos carcerum erat sub prefecto urbis almachio tempore maximiani. Cum autem almachius urbanum papam detentum in carcere custodierum anolino tradidisset: et sermones sancti patre anolinus cum tribus tribunus audiuisset conuersi sunt ad christum: et ab urbano pontifice in carcere ba-

pizari. Quod prefectus compertens anolinum teneri fecit: et sacrificare nolentem confestim iussit capitalem subire sententiam. Tribunos quoque ipsum confitentes: primo quidem grauer laniatos ad sacrificia duci mandauit. Sed audientes eos in idolum conspuisse: ipsos eodem loco de collarari precepit. Qui passi sunt. ix. kalen. iunij. sepulti iuxta sanctos tyburtyum et valerianum.

De sancto Urbano papa et mar. Cap. xxxix.



Urbanus pa-

pa et martyr huius nominis primus natione romanus ex patre pontiano de regione uia latina: calixto pape primo in episcopatu romano successit: sed et quatuordecim annos. viij. menses. ij. dies. et hunc genere nobilitatis ab infantia christianus virtute abstinentie et castitatis ornatus: dignitatis officium uirtutum studijs adornauit. Dulcoris pro fide ex urbe prescribitur: sed a fidelibus clam reuocatus. Huius tempore incepit ecclesia romae praedia possidere: de quibus sanctus pontifex clericis et notarijs quae gesta martyrum prescriberet super ministrabat. Antequam ecclesia ad instar apostolorum in conuiuere: pecunias tamen recipiens pro egenis. Hic multos christianos ad fidem conuertit. Tale rianum sponsum sancte ecclesie et fratrem eius tyburtyum nedum baptizauit: sed ad martyrium palmam exhortando perduxit. Postquam autem beata ecclesia sancto pape urbano dominum suam tradidit dedicandam: et ipsa in eandem vitam martyrio finiuit. Urbanus praedicationi et baptizatio ni insistens fidelium ab almachio prefecto urbis capitur: et in carcere detinetur: deinde sibi oblatum cum prefectus eidem christianitatem opponeret: et thesauros ecclesie requisisset. Respondit urbanus: quod plus mouebatur almachius concupiscere thesauros: quam cultura deorum. Et cum ipsum prefectus superare non posset: anolino tribuno in custodia tradidit: ubi existens anolinum cum alijs tribus tribunus conuertit: ut supra proxime dictum est: quibus per martyrium assumptis Urbanus ad simulacra ducit: et thura imponere perurgetur. Sed orante sancto idolum cecidit et. xxij. sacerdotes ignem ministrantes occidit: quem in ipso loco prefectus decolorari iussit: cuius corpus marmoreis uisus carpatum nup conuersa cum filia lucina sepeliuit cum ecclesia tyburtyo valeriano et maximo in eodem sepulchro: qui passus est. viij. kalen. iunij circa annum domini. cccx. Hic constituit: ut omnia uasa ecclesiastica ad sacrum ministerium pertinentia aurea: uel argentea fierent: uel si pauper esset ecclesia stannea non autem uitrea propter fragilitatem: nec lignea propter porositatem: nec cuprea propter nauseam et abominationem. Hic etiam fecit ordinari